65 Libro A.

Investiture Camino, Brusaschetto
e Pontestura
e Differenze con Trino, e Lucedio

A

1323. 23 7bris.

Investitura Theodori filii Imperatoris Grecorum Marchionis Montisferrati facta in Thomam Scarampum de feudo [illegible]

IN NOMINE Dni Nri Iesu Xpi amen Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo tertio indictione sexta die veneris vigesimo tertio mensis Septembris In castro Clavaxij presentibus nobilibus viris dominis Lanceα de Cortesellis et Henrico Guasco et Martino de Lomello comitibus Thoma de Gabiano Sucio de Tilio et Francescono de Rinhs vasalibus et paribus curie Testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis. In quorum presentia Illustris et Magnificus vir dominus Theodorus excellentissimi Imperatoris Grecorum filius per progenitus Marchio Montisferrati ex certa scientia et sui mera liberalitate, et propter servitiis sibi dudum oblatis et que in futurum sibi sperat exhiberi, volensque bonos beneficijs effici meliores et debilis corde ad benefaciendum provocare suo proprio nomine et nomine Marchionatus Montisferrati per se et heredes et successores ipsius cum una macia quam in suis tenebat manibus Nobilem virum Thomam Scarampum de Ast ibidem presentem et dominos Antonium et Alamannum de Braida de Montilio procuratores et procuratorio nomine Francischi Scarampi fratris

66 201 Libro B.

Convenzioni colla Comunità di Camino, di Brusaschetto e di Castel S. Pietro

B

20.6

Ill.mus Mantuæ et
Montisferrati Dux etc.

Egr.e dilecte nr̃e. Attenta continentia suppl.nis annexæ committimus et mandamus tibi quatenus iurium de quibus supplicatur exemplũ et transumptũ facias, illud q[uo]d prius cum alijs duobus ex cancellarijs nr̃is cũ proprio originali auscultatũ et collationatũ subscribas et authentices, decernentes et ordinantes harũ serie huiusmodi exemplo et transumpto eandem fidem adhibendam fore et esse in iudicijs et extra quæ dicto originali adhiberetur. Data casali die quarto februarij. 1575.

Egr.o Jo. Antonio Bosco
Cancell.o nr̃o dilecto.

Rol.s . sigillat etc. . August.s a Turre

Ser.me Dux. Habet Ill.mus D.nus Lælius Scarampus Cam.e comes aliqua iura exemplanda ad finem ne transmittendo originalia ad hanc civitatem sive ad alia tribunalia coram quibus sunt producenda quia ut experientia indicat plerumq[ue] et sæpissime transeunt in sinistrum. Supplicat pp.a ut placeat cõmittere D. Jo. Antonio Bosco suo cancellario seu alij cui videbitur ut dicta iura præsentanda exemplet et in transumptũ authenticũ redigat adhibitis seu alijs duobus cancellarijs. Decernendo quod exemplũ fiendũ eandem met fidem faciat in iudicio prout faceret originale ipsum, et prout etc. 4. februarij 1575. Guaytas

68 Seg.to D.

D

5

6o

Xo

XIIJo

Leg.to F.

70 Comun. dell'Illmo Sr. Conte

F

IN Nomine Domini Anno a Natiuitate eiusdem millesimo quingentessimo sexagessimo octauo Indictione Vndecima die Veneris secundo mensis Aprilis ▼ Cum infrascriptus Illustris Comes Lelius de Scarampis et Infrascriptus Illustris Comes Iacobustheodorus de Scarampis eius nepos ex fratre habuerint et habeant omnia eorum bona alias possessa et relicta per Illustrem equitem Dominum Io. Iacobum dictorum patrui et nepotis patrem et auum respectiue loquendo mobilia et Immobilia Pheudatia et allodialia consistentia partim In Dominio Mediolani et partim in Marchionatu Montisferati Inter sese communia et Indiuisa. Prefatusque Illustris Comes Lelius hactenus gesserit tutellam et curam et bonorum administrationem prefati Illustris comitis Iacobitheodori. Superioribusque mensibus cupiens rationem administrationis sue reddere et liberationem de administratis habere. seque etiam ab onere ipsius tutelle et cure ac administrationis eximere et illi renuntiare. Demum etiam ad diuisionem bonorum et Iurium communium Cum prefato eius nepote deuenire preterea his de causis medio litterarum regearum Iuditium Instituerit coram magnifico Domino Pretore Mediolani contra prefatum minorem citatis etiam Infrascriptis Illustribus Dominis Erasmo et Ennio patruo et nepote de Trivijs cognatis proximioribus prefati minoris et prout latius dicitur apparere in actis prefati magnifici Domini Pretoris ad que digna habeatur rellatio ▼ Cumque Inter prefatum Illustrem Dominum Comitem Lelium ex vna et prefatum minorem ac dictos eius cognatos pro euitandis expensis que fiunt in litigando et vt decet Inter affines tractatum et conuentum fuerit ut causa ipsa et quecumque alie controuersie Inter ipsos Illustres patruum et nepotem amicabiliter cognoscerentur et deciderentur Itaque medio et cum dispensatione litterarum regearum ventum fuerit ad

IN NOMINE DOMINI AMEN. ANNO A

natiuitate eiusdem Domini millesimo quingentesimo. sexagesimo secundo, indictione quinta, die uerò mercurij penultimo decembris. Actum in arce Camini, et in aula magna dictæ arcis, quæ uergit meridiem uersus. presentibus Gaspare lexona Bugellensi seruitore infrascripti Ill. dni comitis, Gullielmino torriono de Brusascheto. et Alexādro Sandrino de camino. testibus notis, et ad infrascripta uocatis, et adhibitis. Ibiq. cum aliàs uersa fuerit lis quæstio et controuersia per et inter magnificū Dominum Franciscum cocomitum ex condominis castri s.ti Petri ex una, et commune et homines dicti loci castri s.ti Petri partes ex altera. ex eo quòd predcūs dnūs Franciscus à dicto communi et hominibus petijsset et peteret pro temporibus præteritis censum eisdem condominis debitum ad ualorem, et bonitatem intrinsecam monete currentis tempore dicti census conuenti, contrariumq. opponerent predictum commune, et homines rationibus et causis, de quibus in actis et processu agitato, coram Ill.mi Senatu Montisferrati. et super dicta lite et causa per eundem senatum ordinatum et declaratum fuerit modo, et forma,